



# Symbolae ad floram Brasiliae centralis cognoscendam

<https://hdl.handle.net/1874/34140>

(Afttryk af Vidensk. Medd. fra den naturhist. Forening i Kbhvn. 1870, Nr. 12—17,  
Pag. 175—210)

## Symbolæ ad floram Brasiliæ centralis cognoscendam,

edit.

Eug. Warming.

Particula VII.

(Societati tradita die 13 Aprilis 1870.)

Fam. 22—35, *Ranunculaceæ*, *Dilleniaceæ*, *Magnoliaceæ*, *Winteraceæ*, *Menispermaceæ*, *Fumariaceæ*, *Papaveraceæ*, *Cruciferae*, *Capparideæ*, *Combretaceæ*, *Oleaceæ*, *Jasmineæ*, *Sapotaceæ*, *Loranthaceæ*

auctore

A. W. Eichler, Phil. Dr.

(Accedit Tab. III.)

### 22 Fam. *Ranunculaceæ*.

Juss. Gen. 231. DC. Syst. 1. 127. Prodr. I. 2. Endl.  
Gen. 843. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 38.

Trib. I. *Clematideæ* DC.

*Clematis* Linn.

Linn. Gen. 695. DC. Syst. 1. 131. Benth. et Hook. Gen.  
Pl. I. 3. Eichl. in Mart. Fl. Br. I. c. 143. — *Atragene* Linn.  
Gen. Pl. 696.

1. *C. Hilarii* Spreng. Eichl. l. c. 146. *Cl. triloba* St.  
Hil. Fl. Bras. I. 2.

var.  $\beta$ , foliis subbiternatis Eichl. l. c. (forma foliolis haud  
raro integerrimis). In silvis inter Bom Fim et Rio Paro-  
peba, et ad Brumado, Aprili fruct. (Warming).

2. *C. dioica* Linn. Amoen. Acad. V. 398. Eichl. l. c. 147, cum synonymis.

var.  $\beta$ , *brasiliانا* Eichl. l. c. Cl. brasiliانا DC., St. Hil. Cl. integra Vell. Fl. Flum.

Juiz de Fora, Junio fruct. (Wrmg.). Corcovado et Rio de Janeiro (Glaziou 1302, 2477).

var.  $\gamma$ , *australis* Eichl. l. c. Cl. australis St. Hil. Cl. fluminensis Vell. Fl. Flum. Circa Rio de Janeiro (Lund).

### 23 Fam. *Dilleniaceae*.

DC. Syst. I. 395. Prodr. I. 67. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 31. Benth. et Hook. Gen. Pl. I. 10.

#### *Curatella* Linn.

Linn. Gen. 697. St. Hil. Fl. Bras. I. 22. Eichl. l. c. 67. Benth. et Hook. Gen. pl. I. 12. — Pinzona Mart. et Zucc. Eichl. l. c. \*).

1. *C. Americana* Linn. Spec. 248. Aubl. Guian. t. 232. Eichl. l. c. 68, t. 15. C. Cambaiba St. Hil. Pl. us. t. 24.

Lagoa Santa: in campis apricis glareosis substerilibus haud frequens; arbor 4—2-orgyalis, tortuosa, cortice sordide cinerascete in lamina deciduo; folia ad instar *Equiseti hyemalis* ob asperitatem adhibentur; petala alba. Floret m. Oct.—Nov. et (iterum?) m. Martio. „Sambaiba“ incolis (Warming). Goyaz: in campis, arbor 12—15-pedalis; m. Sept. florens (Lund). Serra do Cipó: Oct. florens, Mathieu Libon in herb. Lundii.

#### *Doliocarpus* Rol.

Rolander in Act. Acad. Holm. 1756, p. 246, tab. 9. DC. Prodr. I. 69. Eichl. l. c. 71. Benth. et Hook. l. c. 12. —

\*) Genus a ell. Martio et Zuccarinio olim propter fructum baccatum a *Curatella* distinctum nobisque servatum, potius, quum character ille in Dilleniaceis non multi valoris, tamquam sectio *Curatello* adscribendum (cf. Benth. et Hook. l. c. 953).

*Calinea* Aubl. — *Soramia* Aubl. — *Othlis* Schott. — *Ricaurtea* Triana. — *Tigarea* Aubl. ex parte.

1. *D.* (§ *Calinea*) *Rolandri* Gmel. Syst. 805. Eichl. l. c. 79 cum synonymia.

Lagoa Santa: hinc inde in silvis; nunc frutex multipedalis scandens „cipó“ verum formans, nunc fere arbuscula tenuissima valde elongata; floret m. Maio, Junio; baccæ m. Sept.—Oct. maturæ rubræ (colore fere pomi). „Cipó de caboclo“ incolis ut aliæ etiam Dilleniaceæ (Warming).

#### **Tetracera** Linn.

Linn. Gen. n. 633. DC. Prodr. I. 67. Eichl. l. c. 83. Benth. et Hook. Gen. I. 12. — *Rhinium* Schreb. — *Euryandra* Forst. — *Wahlbomia* Thunb.

Obs. *Delimopsis* Miq. Fl. Ind. Bat. I. pars II. 9, a Benth. et Hooker ad *Tetraceram* ducta, potius cum *Delima* consocianda erit, a qua secundum descriptionem nulla nota differre videtur.

1. *T. lasiocarpa* Eichl. Mart. Fl. Bras. l. c. 84, tab. 21.

Lagoa Santa: in silvis, vix frequens; frutex scandens. Petala alba odorata; floret m. Aprili, Maio (Warming).

Rara haec et pulchra species, antea nonnisi e speciminibus Selloanis et Neuwiedianis in vicinia Rio de Janeiro et ad fl. Rio Doce lectis cognita, nunc primum etiam in interiore Brasilia observata est.

2. *T. oblongata* DC. Syst. I. 399. Prodr. I. 68. Deless. Ic. I. t. 67. St. Hil. Fl. Bras. I. 15. Eichl. l. c. 90.

Ad Rio de Janeiro (Morro de Viração), m. Martio fructif. (Lund).

#### **Davilla** Vell.

Vell. in Vand. Fl. Lus. et Bras. Prodr. 115. t. 2. DC. Prodr. I. 69. Eichl. l. c. 94. Benth. et Hook. Gen. Pl. I. 12. — *Hieronias* Fl. Flum.



1. *D. angustifolia* St. Hil. Fl. Bras. I. 19. Eichl. l. c. 101. t. 24, fig. 2. *D. Sellowiana* Schldl.

In silvis ad Contagem et Bom Fim; frutex scandens ramosissimus; m. Aprili florens lectus (Warming).

2. *D. elliptica* St. Hil. Fl. Bras. I. 17. Pl. us. t. 23. Eichl. l. c. 103.

Lagoa Santa: ubique in campis inprimis fertilioribus „cer-rados“ appellatis valde frequens; frutex erectus, ramosus, pauci-(1—5-) pedalis; ab incolis „Sambaíba“ et „Sambaïbinha“ appellatur. Floret m. Jan.—Julio (Warming). In campis ad Sorocaba et S. Carlos, Jan.—Febr. florens (Lund). In itinere a Lagoa Santa ad Serra da Mantiqueira eam multis locis in campis observavi (Wrmg.).

var.  $\beta$ , *castaneæfolia* Eichl. l. c. *D. castaneæfolia* St. Hil. Fl. Bras. I. 17.

In campis inter Barbacena et Brumado, m. Jun. florens (Wrmg.).

3. *D. Glaziovii* Eichl. n. sp.,

ramulis foliisque subtus inflorescentiis calycibusque aureo-hirtellis; foliis elongato-lanceolatis coriaceis insigniter reticulato-nervosis et bullato-rugosis, supra glabris scaberrimis; inflorescentiis racemiformibus axillaribus terminalibusque folio multo brevioribus, sepalis orbiculatis, pistillo unico.

Rami validi rubescentes. Folia 15—25 centim. lg., 5—7 cm. lt., acuta v. acuminata, basi e rotundata v. subcordata anguste in petiolum validum  $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$  cm. longum, supra planum glabrum, subtus convexum aureo-hirtellum decurrentia, supra saturate viridia nodulisque silicii juventute setuligeris asperrima, subtus pallidiora et ob hirsutiem præcipue venas obducentem molliuscula, nervis supra præter medianum subplanum fortiter impressis, subtus valde prominentibus, lateralibus utrinque ca. 20, reticulo venularum conspicuo junctis, diachymate inter maculas bullato-protuberante. Inflorescentiæ 5—6 cm. longæ in axillis solitariae

et ad apicem rami super folia dimiuta subpaniculatæ, e cincinnis paucis 2--4-floris fasciculiformibus constant, qui super rachem communem e bractearum squamiformium fugacium cc. 2 mm. longarum axillis racemi more proficiscuntur. Pedicelli cc. 1 cm. longi, cum rachi aureo-hirtelli. Flores in specim. jam petalis orbati versus maturitatem tendunt. Sepala 3 exteriora 5--6 mm. diam., interiora (quæ *Davillis* in valvas fructum includentes abeunt) nondum perfecte evoluta sed jam ultra centim. diam., omnia coriacea extus aureo-hirtella, intus glaberrima nitida. Stamina pistillumque ut in *D. rugosa* (cf. Mart. Fl. Bras.). Fructus maturi haud suppetunt.

Licet fructus petalæque deficient, speciem describere ratum duximus pulcherrimam, foliis magnis longis distinctissime reticulato-nervosis, et bullato-rugosis facile recognoscendam. Inter species pistillo unico instructas præterea sepalorum „pericarpiorum“ magnitudine distincta est.

In vicinia Rio de Janeiro a cl. A. Glaziou, direttore horti publici Sebastianopolitani, botanico indefesso, de Flora provinciae Rio de Janeiro meritissimo, detecta (n. 2916) et in ejus honorem nominata.

4. *D. rugosa* Poir. Encycl. Suppl. II. 457. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 31, p. 106, cum synonymia.

Speciei hujus per totam Brasiliam communis valdeque polymorphæ formas varias, e. gr. var. *Kunthii* et var. *Luschnathii* Eichl. (l. c.) in vicinia Lagoa Santa, ad urbes Bom Fim, Piedade dos Geraës, Barbacena aliosque provinciae Minarum locos, et ad Rio de Janeiro (ex. gr. ad montem „Dois Irmãos“ et alibi), in silvis et virgultis legerunt Warming et Lund, atque var. *Sellowii* prope Rio de Janeiro Glaziou (n. 2478). Ad Lagoa Santa „Sambaïbinha do mato“ v. „Cipó de caboclo“ nunc etiam „Caxinha de S. Antonio“ denominatur. Frutex scandens ramosissimus; floret Junio, Nov. (Warming).



24 Fam. *Magnoliaceæ*.

DC. Syst. I. 439. Prodr. I. 77. Endl. Gen. Pl. 836.  
Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 38.

**Talauma** Juss.

Juss. Gen. 281. St. Hil. Fl. Bras. I. 20. t. 4. Eichl. l. c.  
123, cum synonymia.

1. *T. ovata* St. Hil. *T. ovata* et *T. Sellowiana* St. Hil.  
l. c. *T. fragrantissima* Hook. ic. III. t. 208—12; cf. Eichl. in  
Fl. Bras. l. c. 125. t. 28, 29.

Circa Lagoa Santa in ripis fluviorum, paludibus et locis  
humidis silvarum sat frequens; arbor interdum ingens, cortice  
glabro subverrucoso canescenti intus pallide rubescenti; floret  
Sept.—Dec.; flos candidus suaveolens, pedicello glaucescenti-  
pruinoso, m. Nov.—Dec. fructus maturi inventi (Warming).

25 Fam. *Winteraceæ*.

Lindl. Introd. II. ed. 17. Eichl. in Mart. Fl. Br. fasc. 38.  
— Winteræ R. Br. — Magnoliacearum tribus v. genera Auctt.

**Drimys** Forst.

Forst. Char. gen. 83. t. 42. Miers in Ann. et Mag. Nat.  
Hist. III. Ser. II. 37. 42. Eichl. l. c. — Wintera Murr. —  
Winterana Soland. — Magellana Comm. — Tasmania R. Br.

1. *D. Winteri* Forst. Char. Gen. l. c. Hook. f. Fl. Ant-  
arct. II. 229. Eichl. l. c.

Forma  $\gamma$ , *granatensis* Eichl. l. c. *Drimys granatensis* Mutis,  
St. Hil. etc. *D. granatensis*, *montana* et *brasiliensis* Miers.

Serra dos Orgãos (Glaziou 3740). „In paludibus ad  
Mugy, Nov. fl.; „Casca d'Anta“ incolis“; „in paludosis totius  
provinciæ a S. Paulo ad Franca, Julio fl.; frutex orgyalis;  
flores svaveolentes“ (Lund). In cacumine montis Serra da

Piedade, altit. c. 5000', in virgultis inter saxa; m. Maio fl. et fr. immat. (Wrmg.).

Forma ♂, *revoluta* Eichl. l. c. D. retorta Miers.

Ad Caxueira do campo, Febr. fructifera (Lund).

### 26 Fam. *Menispermaceæ*.

DC. Prodr. I. 95. Benth. et Hook. Gen. I. 30. 958. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 38. Miers in Ann. et Mag. Nat. Hist. II. Ser. VII. 33 et III. Ser. XIII. XIV. XVII—XX.

#### *Odontocarya* Miers.

Ann. Mag. Nat. Hist. II. Ser. VII. 38., III. Ser. XIV. 99.  
— *Chondodendron* Pöpp., Benth. et Hook., Eichl. l. c. ex parte.

1. *O. macrostachya* Miers l. c. III. Ser. XIV. 100. *Cissampelos* Vitis Vell. Fl. Flum. X. t. 137.

Rio de Janeiro (Glaziou 2917).

#### *Cissampelos* Linn.

Gen. n. 1138. Benth. et Hook. f. Gen. I. 37. Eichl. l. c. 183. — *Cissampelos*, *Antizoma* et *Dissopetalum* Miers, l. c.

1. *C. ovalifolia* DC. Eichl. l. c. 187, cum tab. 43 et ampla synonymia.

NB. Cl. Miers in Ann. nat. hist. III. Ser. XVII. p. 128 sqq. de specierum *Cissampeli* limitatione sententias a nostris diversissimas exposuit. Sed hoc loco non de iis disputabo; quod etiam eo difficilior esset, quum cl. Miers discrimina „specierum“ suarum haud indicaverit. Profiteor solummodo, me in specimenibus a cl. Miersio pro speciebus diversis declaratis nulla discrimina, quibus valorem specificum adscriberem, invenire posse, neque hoc aliis contigisse qui hisce formis operam dederunt. Priusquam igitur cl. Miers discrimina formarum ab eo species appellatarum haud demonstraverit, nobis licitum sit, in sententia nostrâ perstare.



In campis ad Mugy, Nov. fl. (Lund). Lagoa Santa: ubique in campis frequens; herba perennis simplex 1—3-pedalis, rhizomate crasso lignoso irregulari; caule vulnerato odorem in hac aliisque generis speciebus peculiarem, acidum nitricum redolentes observabis. Floret per m. Oct.—Jan.; m. Jan.—Febr. fructifera, carne baccæ tenui pallide miniacea, semine nigro. Ab incolis „Orelha d'onça“ ob formam foliorum appellatur (Warming).

2. *C. Pareira* Linn. Spec. Plant. 1473. Hook. et Thoms. Fl. Ind. or. I. 198. Eichl. l. c. cum synonymia.

Lagoa Santa: ubique in sepibus virgultis marginibusque silvarum frequens, volubilis; nomine verosimiliter corrupto „Curcuriare“ appellari audivi. Floret Aug.—Dec. (Warming).

3. *C. glaberrima* St. Hil. Fl. Bras. I. 46. Eichl. l. c. 192, tab. 45.

Lagoa Santa: cum præcedenti ubique in virgultis etc. frequens; „Buta“ v. „Butua“, „Butoa“ vel sec. Lund „Cem Mil Homens“ appellatur. Floret Oct.—Dec. (Wrmg.). Ad Campinos, Febr. (Lund).

### Pachygone Miers.

Eichl. in Mart. Fl. Bras. l. c. 195. — Pachygone et Hyperbæna Miers, Ann. Nat. Hist. III. Ser. XIX. 92 et 320.

Adnot. Si cl. Miers delectatur eo, ut species *Pachygonæ* Americanas titulo generico *Hyperbænæ* salutet, titulo *Pachygonæ* solummodo gerontogæis reservato, habeat sibi. Sed differentia, quam in scientia pro generica admittimus, inter eas haud existit. Petalorum et staminum characteres, a cl. Miersio *Pachygonæ* adscripti et pro discrimine ab *Hyperbænæ* declarati, fere prorsus iidem in analysi nostra *Pachygonæ domingensis* (t. 47, fig. 2) observantur, quam cl. Miers pro *Hyperbænæ* typica salutet; porro putaminis differentiæ non existunt, excepta forma inter reniformi-subglobosam et obovoideam varia, etiam in *Cissampelo* obvia et

pro discrimine generico nullo modo habenda; „condylus“ putaminis nunc crassior nunc tenuior, nec „prorsus diversus“ ut cl. Miers ait, nostra sententia item discrimen genericum non sistit, et tantum denique abest, ut habitus et foliorum nervatura differentiam genericam nobis constituent, ut potius difficile habeam, *Pachygonem ovatam* ex India orientali a quibusdam *Pachygones domingensis* formis e Brasilia habitu et foliis omnino dignoscere.

1. *P. oblongifolia* Eichl. l. c. 197. t. 47, fig. 1. *Cocculus oblongifolia* Mart. *Hyperbæna banisteriæfolia* Miers. *Cocculus banisteriæfolius* A. Rich. mss. ex St. Hil. et Tul. in Ann. Sc. nat. II. Ser. XVII. 136.

Lagoa Santa: in silvis scandens, semel a me lecta, m. Aprili fructifera (Warming).

#### *Chondodendron* Ruiz, Pav.

Fl. Peruv. Prodr. 132. Miers in Ann. Nat. Hist. III. Ser. XIX. 190, nec Poepp., nec Benth. Hook., nec Eichl. — *Botryopsis* Miers in Ann. Nat. II. Ser. VII. 43. Benth. Hook. Gen. Pl. I. 38.

1. *Ch. platyphyllum* Miers l. c. 192, sed sensu latiori *Botryopsisidis platyphyllæ* Eichl. in Mart. Fl. Bras. 199.

Rio de Janeiro (Glaziou 2487), et Canta-Gallo, prov. Rio de Jan. (Peckolt).

„*Butua legitima*“ Brasil. Radicem *Pareiræ* bravæ veram suppeditat, nec ut olim creditum est *Cissampelos Pareira*.

Obs. Aliam hujus generis speciem, in Flora Bras. haud descriptam, verisimiliter quidem a cl. Miers jam nominatam sed propter descriptionum defectum nobis haud determinandam, ad Canta-Gallo a cl. Peckoltio lectam nuperius mediante cl. Hanbury accepimus. Audit illa „*Butinha*“ vel „*Pareira brava miuda*“.

27 Fam. *Fumariaceæ*.

DC. Syst. II. 105. Prodr. I. 125. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 39. — Papaveracearum subordo Fumariæ Lindl. Introduct. 2 edit. 9. Benth. et Hook. Gen. pl. I. 54.

*Fumaria* Linn.

Gen. n. 849. Eichl. l. c. 319.

1. *F. capreolata* Linn. Spec. 895. Hammar Monogr. Fumar. 24. Eichl. l. c. 322.

Forma pedicellis suberectis in solo culto („roça“), m. Sept. ad Lagoa Santa lecta (Wrmg.).

28 Fam. *Papaveraceæ*.

Juss. Gen. 236. DC. Syst. II. 67. Prodr. I. 117. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 39. — Papaveracearum subordo Papaveræ Lindl. Introduct. 2 edit. 7. Benth. et Hook. Gen. pl. I. 51.

*Argemone* Linn.

Gen. n. 946. Eichl. l. c. 315.

1. *A. mexicana* Linn. Spec. 727. St. Hil. Fl. Bras. II. 85. Eichl. l. c.

Ad Lagoa Santa in cultis, ruderatis etc. circa habitationes humanas, haud frequens; „Cardo santo“ v. „Serralha brava“ appellatur; floret Sept.—Nov. (Wrmg.).

29 Fam. *Cruciferaæ*.

Juss. Gen. 237. DC. Syst. II. 139. Prodr. I. 131. Benth. et Hook. Gen. I. 57. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 39.

## Trib. Arabidæ DC.

*Nasturtium* R. Br.

R. Br. in Ait. Hort. Kew. II. ed. IV. 109. DC. Prodr. I. 137. Eichl. l. c. 297.



1. *N. officinale* R. Br. l. c. DC. l. c. Eichl. l. c. *Sisymbrium fluviatile* Fl. Flum.

„Agrião“ Brasiliensium. Ad Lagoa Santa in rivulo prope oppidum, haud frequens; floret Oct.—Nov. (Warming).

### Cardamine Linn.

Linn. Gen. n. 842. DC. Prodr. I. 149. Eichl. l. c. 300.

1. *C. Fluminensis* Eichl. n. sp.,

glaberrima, foliis oblongis v. obovato-oblongis irregulariter crenato-dentatis, basi laminæ solemniter sublyrato-pinnatifidis, superioribus gradatim integris subsessilibus; floribus apetalis; siliquis subhorizontaliter patentibus anguste linearibus, pedicello brevi 9—10-ies longioribus.

Tabula nostra III.

Herba usque pedalis. Caulis subsimplex v. a basi ramosus erectus. Folia membranacea, ad basin caulis conferta, 8—14 cm. longa, incluso petiolo 3—4 cm. æquante, universo ambitu oblonga, apice obtusa v. rotundata, irregulariter sinuata et dentato-crenata, basi laminæ solemniter profunde lyrato-pinnatifida, lobis utrinque 2, rarius 3—4, deorsum decrescentibus lanceolatis sinuatis, terminali multo minoribus, nunc ad auriculas 2—4 reductis. Petiolus planiusculus, superne limbo plus minus decurrente alatus, basi passim subvaginato-ampliatu. Sursum folia longius ab invicem recedunt et per formas quasdam intermedias denique subovato-lanceolata, basi attenuata subsessilia, 3—2 cm. longa evadunt. Racemi proveciores usque 10 cm. lg., ambitu subovati, siliquis densiuscule confertis, ordinis more ebracteati. Flores semper pauci tantum in racemi apice corymbiformi obvii, albo-virentes, inconspicui, 2 mm. lg. Item pedicelli 2 mm. æquant. Sepala lanceolata obtusa. Stamina sepalis paullo longiora, inter se vix diversa. Siliqua 25—30 mm. lg., 1 mm. lt., apice in stylum brevissimum stigmatē capitato terminatum subcontracta, basi obtusa in pedicello ec. 3 mm. longo sessilis.

Valvæ (ut videtur elasticæ dehiscentes) basi vestigio nervi mediani. Semina fusca, lævia, vix marginata,  $\frac{2}{3}$  mm. diam.

Foliorum forma, floribus parvis, petalorum absentia et siliquis tenuibus insignis, cum nulla alia mihi cognita commutanda. Ex affinitate ceterum *Card. sylvaticæ* et *impatientis*.

*Nasturtium clandestinum* Spreng., e Brasilia, secundum descriptionem potius *Cardamines* species apetala, haud ad hanc duci potest propter „foliorum lobos cordato-subrotundos petiolulatos“, qui ei a Sprengelio adscribuntur.

Prope Rio de Janeiro (Warming, Glaziou n. 1526). — Propter hanc patriam speciem „*Fluminensen*“ appellavimus.

Trib. Brassicæ Benth. et Hook.

(Brassicæ et Velleæ DC.).

**Sinapis** Linn.

Linn. Gen. n. 821. DC. Prodr. I. 217. Eichl. l. c. 306.

1. *S. (Ceratopsinapis) juncea* Linn. Spec. 934. DC. l. c. Eichl. l. c. cum synonymia.

Probabiliter efferata. Ad Lagoa Santa in solo olim culturæ tradito prope ripas fluvii Rio das velhas; m. Dec.—Jan. florens (Warming).

Trib. Lepidineæ Benth. et Hook.

(Lepidineæ et Psychineæ DC.).

**Senebiera** Poir.

Poir. Dict. VII. 75. DC. Prodr. I. 202. Eichl. l. c.

1. *S. (Nasturtiolum) pinnatifida* DC. Mem. Soc. Hist. nat. Paris. VII. 144. t. 9. Eichl. l. c. cum synonymia.

Lagoa Santa: in ruderalis, cultis, ad vias etc. valde frequens; florens lecta m. Julio—Dec.; „*Mentrusto*“ Bras. (Wrmg.).

**Lepidium** Linn.

Linn. Gen. n. 801. DC. Prodr. I. 203. Eichl. l. c. 309.

1. *L. (Dileptium) ruderale* Linn. Spec. 900. Eichl. l. c.  
 Forma petalis lineari-subulatis prædita ad Lagoa Santa, in  
 ruderatis, cultis, m. Nov.—Dec. florens (Warming), et Rio de  
 Janeiro (Glaziou n. 1525); illata.

Trib. Cakilineæ Benth. et Hook.

(Cakilineæ, Erucariceæ et aliarum tribuum genera DC.).

**Raphanus** Linn.

Linn. Gen. n. 882. DC. Prodr. I. 229. Eichl. l. c. 311.

1. *R. Raphanistrum* Linn. Spec. 953. DC. l. c. Eichl.  
 l. c.

Ad Rio de Janeiro (Lund); illata.

In vicinia oppiduli Lagoa Santa variæ Cruciferarum species cultæ sunt: *Brassica oleracea* L., „Couve“ Bras., cum varietatibus variis; *Br. Rapa* L., „Nabo“; *Raphanus sativus* L., „Rabanete“ etc., quarum tamen fere quotannis semina ex Europa afferuntur.

30 Fam. **Capparideæ.**

Vent. Tabl. III. 118. DC. Prodr. I. 237. Benth. et Hook.  
 Gen. I. 103. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 39.

Trib. I. Cleomeæ DC.

**Physostemon** Mart. et Zucc.

Nov. Gen. et Spec. I. 72. t. 45—7. Endl. Gen. n. 4987.  
 Eichl. l. c. 243. — Cleomes spec. Auctt.

1. *Ph. intermedium* Moric. Pl. Nouv. Amer. 62. t. 42.  
 Eichl. l. c. Cleome guianensis Aubl.

Formam capsulis solito brevioribus (plq. 12 mm. longis)



legit cl. Regnell ad urbem Uberaba in prov. Minas Geraës (coll. III. n. 146).

**Cleome** Linn.

Gen. n. 826. DC. Prodr. I. 238. Benth. et Hook. l. c. (excl. quibusdam synonymis). Eichl. l. c. 245, cum synonymia.

1. *C. gigantea* Linn. Mant. 430. DC. Prodr. l. c. Bot. Mag. t. 3137. Eichl. l. c. 248. Cl. pedunculata Fl. Flum. VI. t. 112.

Ad Caldas prov. Minas Geraës (Regnell coll. I. n. 4). Lagoa Santa: ad rivulos, in udis rara; 5—6-pedalis, foetida; caulis fuscus v. atroviolaceus glandulosus viscosus, petala atropurpurea; filamenta staminum viridia. Florens et fructifera m. Aprili, Maio lecta (Warming).

2. *C. dendroides* Schult. Syst. VII. 28. Bot. Mag. t. 3296. Eichl. l. c. 249, cum synonymis.

Ad Rio de Janeiro legit Lund.

3. *C. scabrella* Eichl. n. sp.,

tota glanduloso-hispidula scabrella; caule juxta petiolos petiolis ipsis foliisque subtus ad nervos aculeatis; foliis 7—9-vel summis 5-sectis, foliolis lanceolatis acuminatis; bracteis late ovatis; sepalis reflexis triangulari-lanceolatis, quam petala longe lineari-spathulata 6—8-plo brevioribus; siliqua lineari-cylindracea utrinque attenuata hispidulo-scabrella, thecaphorum pedicello dimidio longius plus duplo superante.

Fruticosa? altitudinis incognitæ, sed quantum e fragmentis suppetentibus dijudicari licet, ad minimum 2-pedalis. Caulis angulatus, cum ramis foliis et inflorescentia minute virenti-glanduloso-hispidus scabrellus, juxta petiolos aculeis binis validis uncinatis munitus. Petioli 8—10 centim. lg., aculeis sparsis minoribus. Foliola membranacea, utrinque sed præsertim subtus hispidula ibidemque ad nervos medianos aculeis nonnullis tenuibus acicularibus rarius uncinatis instructa, intermedia 6—8 cm. lg., 1½ cm. lt., reliqua gradatim decrescentia, basi in petiolu-

los perbreves attenuata, apice longiuscule acuminata, tenuiter nervosa. Racemi terminales, spithamaei et ultra, bracteis paucis infimis 5—3-sectis, sequentibus simplicibus 15—20 mm. lg., 10—12 lt., superioribus lente decreescentibus, omnibus juxta petiolos perbreves aculeis 2 uncinatis sursum pariter diminutis. Pedicelli 4—5 cm. lg. erecto-patentes. Sepala 4—5 mm. lg., obtusa, extus cum pedicellis tomentoso-hispidula. Petala alborosacea (e sicco), cc. 30 mm. lg., lamina lanceolata obtusa 3—4 mm. lata in unguem longum sensim attenuata. Stamina cc. 5 centim. lg., filamentis purpureis (e sicco), antheris longe linearibus 8 mm. longis. Ovarium cylindraceum virenti-velutinum, in stipitem anthesi filamentis subæquilongum glaberrimum attenuatum; stigmate sessili capitato-bilobo. Siliqua (nondum perfecte matura) 15 cm. lg., 4 mm. lt., thecaphoro 7 cm. æquante. Semina lævia.

Species affinis *Cleomis giganteæ* et *dendroidi*, a priori indumento, aculearum et bractearum præsentia et siliquarum indole, a posteriore aculeorum distributione, florum colore, siliquis multo longioribus et tenuioribus apice haud bilobis, seminibusque lævibus distinguitur. *Cl. Houtteana* Schldl. (cujus patria adhuc ignota) similis esse videtur, sed aculeis tantum ad basin petioli obviis, foliis latioribus, corolla purpurea aliisque notis differt, fructibus præterea nondum cognitis. A reliquis Brasiliæ *Cleomis* nova hæc species petalorum forma differt, ita etiam a *Cl. spinosa*, cui habitu aliisque notis haud absimilis; ab extrabrasiliensibus quibuscum petalorum forma convenit, sepalis ratione corollæ perbrevis et siliquæ longitudine differt.

Ut pleræque species petalis lineari-spathulatis donatæ, etiam hæc peculiare habet, quod incipiente anthesi filamenta cum ovarii stipite inter unguem petalorum anticorum arcuatim prorumpant, dum antheræ cum ovario etiamdum inter apices petalorum convolorum retineantur.

Prope Theresopolin in prov. Rio de Janeiro plantam

Oct. mense florentem simul et fructiferam legit meritissimus A. Glaziou (n. 1595).

4. *C. spinosa* Linn. Spec. 939. Eichl. l. c. 252, cum ampla synonymia.

Forma  $\alpha$ , *pungens* Eichl. l. c. *C. pungens* Willd.

Lusus valde tenuis, aculeis fere prorsus destitutus, ita ut prope ad *C. pubescentem* Sims accedat, lectus a Warming. Ad Lagoa Santa: in paludibus juxta ripas lacuum et fluminum, Oct.—Jan. florens; petala rosea.

Forma  $\beta$ , *spinosa* Eichl. l. c. *Cl. spinosa* Auctt.

Ad Caldas prov. Minas Geraës (Regnell coll. I. n. 3). Ad Lagoa Santa in udis juxta ripas fluvii Rio das velhas; m. Sept.—Nov. florens (Warming).

5. *C. rosea* Vahl ex DC. Prodr. I. 239. Eichl. l. c. 254. tab. 56. fig. 1, cum synonymia.

In montibus Tijuca et Corcovado prope Rio de Janeiro (Glaziou n. 223, Lund).

6. *C. psoraleæfolia* DC. Prodr. I. 239. Eichl. l. c. 256. tab. 57, cum synonymia.

Lagoa Santa in paludibus virgultosis ad flumen Rio das velhas; Sept. florens (Warming).

7. *C. diffusa* DC. Prodr. I. 241. Eichl. l. c. 353. tab. 58, fig. 1. *Cl. Houstoni* Miq., nec R. Br.

Ad Rio de Janeiro (Lund, Warming).

8. *C. affinis* DC. Prodr. I. 241. Eichl. l. c. *Cl. triphylla* Fl. Flum. *Cl. fugax* Schrad.

In vicinia Rio de Janeiro (ex. gr. ad Botafogo), ubi species communis, m. Aprilis, Maio floret (Warming; Glaziou 342, 685).

9. *C. Regnellii* Eichl. n. sp.,

herbacea inermis, tota glanduloso-puberula; foliis 3-v. passim 5-sectis; racemo longo terminali, bracteis simplicibus ovato-



v. elliptico-suborbiculatis; floribus parvis, petalis e lamina elliptica in unguem filiformem contractis; siliquis subfusiformi-cylindricis, thecaphoro 2—3-plo longioribus, pedicello subæquilongis.

Herba erecta  $1\frac{1}{2}$ —2-pedalis, radice ramosa albida, caule pennæ anserinæ crassitiem attingente fastigiato-ramoso. (Occurrunt vero subinde specimina vix spithamæa simplicissima, ab omni parte diminuta). Folia plq. ternata, foliolis lateralibus terminali  $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{3}$  minoribus, v. rarius 4—5-nata foliolis infimis minutis; foliola ceterum lanceolata v. oblonga utrinque acuta v. attenuata, petiolulis vix ullis, membranacea, tenuiter nervosa, utrinque glanduloso-puberula, intermedium 15—30 mm. lg., lateralia 10—25 mm. lg. (infima in quinatis 3—8 mm.); petiolo teretiusculo 12—30 mm. æquante. Racemi initio corymbosi, prodeunte evolutione elongandi (hujus generis et *Cruciferarum* more), spithamæ longitudinem et ultra assequuntur. Bractæ (a foliis vegetativis subito discriminatæ) ad basin racemi usque 5 mm. lg. et lt., sursum lente decrescentes nec tamen prorsus oppressæ. Pedicelli anthesi capillacei patentes, maturitate paullo validiores plq. subrefracti, 10—18 mm. lg. Flores albidii (ex sicco) omni nota, etiam magnitudine, cum *Cl. siliculifera* Eichl. (cf. Fl. Bras. fasc. 39. p. 260. t. 56, fig. 3) conveniunt, nisi ungues petalorum paullo breviores, antheræ longiores et ovarium proportionaliter longius. Siliqua 15—20 mm. lg., in rostrum breve attenuata, basi in thecaphorum 5—6 mm. longum contracta, torulosa, sparse glanduloso-pubescens. Semina fusca, cristulis transversis rugoso-exasperata.

Distincta species, hinc *Cl. siliculifera*, etiam habitu, affinis, primo tamen intuitu fructuum indole ab ea differt; altera ex parte *Cl. diffusæ*, *affini* et *aculeatæ* haud aliena, inflorescentiis elongato-racemosis, foliis aliisque notis tuto ab iis dignoscitur.

Ad Caldas in prov. Minas Geraës a cl. Andrea Friderico Regnell detecta (coll. III, n. 147) et in ejus honorem nominata.

## Trib II. Cappareæ DC.

## Capparis Linn.

Gen. 643. DC. Prodr. I. 245. Benth. et Hook. Gen. Pl. I. 108. Eichl. l. c. 267, cum synonymia.

1. *C. (Mesocapparis) lineata* Domb. ex Pers. Enchir. II. 60. DC. Prodr. I. 252. Eichl. l. c. 277. *C. scandens* Fl. Flum. V. t. 109.

Prope Rio de Janeiro, ubi planta communis (Lund).

2. *C. (Capparidastrum) flexuosa* Vell. Fl. Flum. V. t. 108, nec Linn. Lemaire Jard. Fleur. III. t. 323. Eichl. l. c. 280.

Ut præcedens in prov. Rio de Janeiro vulgaris ibidemque a cl. Lund in silvis lecta.

3. *C. (Cynophalla) cynophallophora* Linn. Spec. 721. Eichl. l. c. 282. c. tabula et ampla synonymia.

Forma  $\delta$ , *latevirens* Eichl. l. c.

Lusum foliis solito majoribus (15—17 centim. longis, 5—6 $\frac{1}{2}$  cm. latis), acuminatis, thecaphoro 7—8 centim. longo, legit cl. A. Glaziou in vicinia Rio de Janeiro (n. 828).

Forma  $\epsilon$ , *latifolia* Eichl. l. c. Capp. declinata Fl. Flum.

Circa Rio de Janeiro (ex. gr. in collibus virgultosis ad Praia grande juxta littus), ubi frequens; m. Maio, Junio fructifera (Lund et Warming).

Forma  $\zeta$ , *attenuata* Griseb. Pl. Caraib. Capparis Eustachiana Jacq. Am. 159. Griseb. Fl. Brit. W. Ind. 18. Eichl. l. c. 283, cum synonymia: foliis ovatis oblongis v. oblongo-lanceolatis utrinque plq. acuminatis.

Hanc, in Flora Bras. pro specie distincta adhuc admissam, nunc solummodo pro forma *Capparidis cynophallophoræ* recognosco, ut olim jam erat sententia cl. Grisebachii.

Lagoa Santa: hinc inde in silvis; arbuscula pulchra, trunco eleganti, cortice glabro canescente, fronde dilute viridi. Lignum durum. Flores albi odorati. Alabastra hujus plantæ acerrima gustatu ut alabastra *Capparidis spinosæ*, affirmantibus cell. Lund et Schüch de Capanema, adhibere possis (Warming).

31 Fam. *Combretaceæ*.

R. Br. in Prodr. Fl. Nov. Holl. 351. DC. Prodr. III. 9.  
Benth. et Hook. Gen. I. 683. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 42.

## Trib. I. Terminaliæ DC.

*Terminalia* Linn.

Linn. Mant. n. 1283. DC. Prodr. III. 10. Benth. et Hook.  
I. c. 685 (excl. Bucida). Eichl. I. c. 81, cum synonymia.

§ 1. *Catappa* Eichl. I. c.

1. *T. Catappa* Linn. Mant. 519. DC. Prodr. III. 11.  
Eichl. I. c. 83 cum synonymis.

Prope Rio de Janeiro vulgariter plantata, e vetere orbe  
introducenda (Warming, Glaziou).

2. *T. microphylla* Eichl. n. sp.,

ramulis apice puberulis; foliis parvis obovatis plq. obtusis  
v. breviter acuminatis basi cuneatis, membranaceis e glandulosis  
brevissime petiolatis, juventute subtus ad nervos puberulis, adultis  
glabris; spicis pedunculatis folia subæquantibus, ad ramulos la-  
terales decurtatissimos foliatis basilaribus, rachi ovarii calyci-  
busque extus glabris, calyce intus villosus.

Vegetatione et inflorescentia quodammodo *Berberidem vulgarem*  
nostram imitatur, eo ut ex axillis foliorum anni præcedentis (in hac  
quidem specie delapsorum nec in spinas transformatorum) ramulos  
foliatis decurtatissimos emittat, qui ad basin perulas fugaces,  
ex earum axillis spicas florales proferentes, apicè folia frondosa  
explicant posteaque hic illic in ramum elongatum abeunt, anno  
insequente æque sese habentem. Rami teretes, cortice fusce-  
scente filamentoso-fissili. Folia 2—2½ centim. lg., 12—15 mm.  
lt., petiolo cc. 2 mm., utrinque fere opaca subtus pallidiora,  
nervis tenuibus eleganter reticulatis, supra vix, subtus conspicue  
colore saturatiore notatis. Spicæ 2 cm. lg., incluso pedunculo  
1 centim. longo. Bracteæ fugacissimæ non visæ. Flores 4 mm.



lg., incluso ovario  $1\frac{1}{2}$  mm. longo subfusiformi vix compresso. Calyx aperte cyathiformis breviter acuteque 5-dentatus, dentibus erectis, intus cum disco brevi crassiusculo obsolete 5-lobo albedo-villosus. Filamenta calycem subduplo excedentia, antheris cordatis. Stylus glaberrimus. Fructus non suppetit.

Foliis parvis et vegetationis modo supra descripto insignis. Fructu ignoto dubium restat an recte in *Catappæ* subgenus posita sit, sed ob florum similitudinem cum *T. Tanibouca* et *australi*, et propter ovarii fabricam, minus compressi et ad margines crassioris obtusioris quam in reliquis subgeneribus, hic locus nobis pro tempore aptissimus visus est.

Prope Rio de Janeiro a cl. A. Glaziou detecta et nobiscum sub n. 2910 communicata.

‡ 2. *Diptera* Eichl. l. c. 85.

3. *T. fagifolia* Mart. et Zucc. Nov. Gen. l. 42, t. 27. DC. Prodr. III. 11. Eichl. l. c. *T. lanceolata* Mart. et Juss. l. c., varietas.

In campis arenosis inter Alegres et Rio de São Francisco, Sept. florens (Lund). In campis ad Lagoa Santa, Aug.—Sept. florens; „Capitão do campo“ ut species sequens appellata (Warming).

4. *T. argentea* Mart. et Zucc. l. c. 43. Eichl. l. c. tab. 23. *T. sericea* Camb. apud St. Hilaire Fl. Bras. II. 175.

Lagoa Santa: in campis frequens, rarissime in marginibus silvarum ultimis obvia; arbor; cortex in junioribus canescens glaber, intus pallide purpurascens succo aquoso viscoso. Floret m. Aug.—Sept. et tunc foliis privata stat; folia novella m. Sept.—Oct. evolvuntur; fructus maturant Nov.—Dec. Ab incolis „Capitão do campo“ denominatur; radix et cortex eodem modo ac folia *Caryocar* *Brasiliensis* („Piqui“ denominati) ad vestimenta nigra tingenda adhibentur (Warming). In campis ad Paracatú, m. Sept. c. fr. juvenili (Lund).

5. *T. Hylobates* Eichl. n. sp.,

ramulis rufescenti-tomentosis sericantibus tandem glabratis, foliis oblongis acuminatis basi attenuatis, supra medium petioli biglanduliferis, nascentibus utrinque subargenteo-tomentoso-sericeis villoque denso sericanti marginatis cito glabratis, maturitate multo majoribus et firmioribus; floribus in spicas elongatas pedunculatas maturitate baud elongandas, ex axillis perularum ramuli basalium proficiscentes dispositis; samaris transverse ellipticis utrinque emarginatis glaberrimis, corpore obovato utrinque convexo, alis late rotundatis transverse striatis.

Arbor silvestris altitudinem c. 50 pedum attingens, cortice griseo paullo rimoso. Rami teretes fuscescenti-grisei. Gemmæ (terminales solum visæ) perulis numerosis involucatæ, quarum extimæ ovatæ acuminatæ albo-pubescentes steriles caducæ, superiores ramentacæ usque 1 centim. lg. dense fulvo-sericeo-villosæ spicas florales ex axillis emittunt paulloque diutius persistunt, omnes ad basin ramuli confertæ. Folia annum tantum perdurantia itaque solummodo in ramulis hornotinis obvia, super eos subæquis intervallis sparsa et ad apicem 4—6 verticillato-congesta, nascentia membranacea utrinque æqualiter tomento sericanti æneo-argentato vestita villoque simili marginata, subtus in axillis barbellata, mucrone villosa tandem evanescente terminata; adulta glabrata coriacea, supra nitida, subtus opaca et pallidiora, 12—25 cm. lg., 6—15 cm. lt., nervis distinctis subtus prominentibus. Petiolus 3—6 cm. lg., supra medium glandulis 2 peziziformibus instructus. Spicæ simul cum foliis nascentibus propullulantes, e perularum superiorum ramentiformium axillis, 8—12 cm. lg., pedunculo 3—5 cm. longo. Bracteæ lanceolatæ, 2 mm. lg., fulvo-tomentosæ. Flores cc. centim. lg. (staminibus computatis), virescenti-flavi, staminibus flavis, antheris tamen demum fuscis, ceterum omni nota ut in *T. argentea* (de quâ cf. in Mart. Flora Brasil.). Samaræ 4—fere 6 centim. lt., 2½ v. ad alas fere 3 cm. altæ, glaberrimæ, ceterum omnino *T. argentea*.

Proxime affinis *T. argentea*, differt præcipue floribus in spicas

elongatas (nec in capitula subrotunda) dispositis, rachibus post anthesin haud elongandis, foliis floribusque multo majoribus et samaris glaberrimis. Etiam tomenti indoles diversa. A *T. subsericea* Eichl. (*T. modesta* Eichl., nec Tul.) item foliis floribusque majoribus, petiolo biglandulifero et tomento foliorum nascentium multo densiore et splendidiore dignoscitur.

„Capitão do mato“ Brasil., i. e. verbotenus „praefectus sylvæ“, homo, cujus negotium est, sylvas percurrere disciplinam quandam publicam exercere, servos fugitivos capere etc.; itaque speciem „hylobatem“ i. e. in sylvis vagantem appellavimus. Per errorem interdum „Babosa“ denominatur.

Lagoa Santa: in silvis haud rara; floret Aug.—Sept. foliis privata; jam mense Julio delapsus frondis incipit; novella paululum post evolutionem florum evolvuntur; fructus m. Junio maturi lecti (Warming).

6. *T. januariensis* DC. Prodr. III. 11. Eichl. l. c. 89. Catappa Brasiliensis Raddi.

Prope Rio de Janeiro, ubi arbor frequens (Glaziou n. 2911).

§ 3. *Chuncoa* Eichl. l. c. 90.

7. *T. Brasiliensis* Camb. sub *Chuncoa* in St. Hil. Fl. Bras. II. 176. Eichl. l. c. 91.

Lagoa Santa: in silvis haud rara; arbor, nunc prægrandis occurrit; specimen vidi, ad hanc aut ad sequentem speciem pertinens, cujus truncus diametrum c. 6 pedum habebat. Cortex griseus, in areolas rectangulares fissus, in junioribus glaber canescens; intus sordide purpurascens. Lignum incolis haud exigui pretii est, ut aliarum etiam *Terminaliæ* specierum (*T. Tanimbouca*, *T. acuminata*). Floret m. Aug.—Sept., foliis novellis nondum perfecte evolutis; semel m. Junio frondis evolutionem observavi. „Cabui“ Lagoënsium (Warming).

8. *T. glabrescens* Mart. Hb. Fl. Bras. n. 183. Eichl. l. c. *Chuncoa flavescens* Presl.

Lagoa Santa: in silvis cum priori, et ut ea „Cabui“ appellata (Wrmg.).



**Buchenavia** Eichl.

Regensb. Flora 1866 n. 11. Fl. Bras. l. c. 95.

1. *B. tomentosa* Eichl. l. c. 97.

In campis arenosis inter Alegres et S. Francisco, Sept. florens, foliis novellis post delapsum completum vetustiorum nondum perfecte evolutis (Lund).

**Laguncularia** Gaertn. f.

Carpol. Suppl. III. 209. t. 217. DC. Prodr. III. 17. Benth. et Hook. Gen. Pl. I. 688. Eichl. l. c. 101 cum synonymia.

1. *L. racemosa* Gaertn. f. l. c. DC. l. c. Eichl. l. c. cum synonymis.

In fruticetis litoralibus cum *Conocarpus*, *Rhizophoris*, *Avicennia* etc. prope Praia grande alibique prov. Rio de Janeiro, ubi communis; m. Maio nuper deflorata (Warming et Glaziou n. 1364).

## Trib. II. Combretæ DC.

**Combretum** Loeffl.

It. 308. Linn. Gen. n. 475. DC. Prodr. III. 18. Benth. et Hook. Gen. Pl. I. 688. Eichl. l. c. 106 cum synonymis.

1. *C. (Eucombretum) Loefflingii* Eichl. l. c. 110 cum synonymis. — *C. laxum* Loeffl. nec Auctt.

Lagoa Santa: in virgultis et silvis hinc inde; inter omnes frutices scandentes, „cipos“ Brasiliensium, ob frondem læte viridem et inflorescentias fere aureas valde conspicua, nunc etiam frutex 4—5-pedalis occurrit; alabastra læte rosea v. carnea; calyx purpurascens; filamenta staminum flava et antheræ purpureæ. Flores inodori. Floret m. Maio—Julio; fructus m. Sept. maturi pallide purpurei. Item in silvis ad radices montis Serra da Piedade et ad Barbacena, m. Maio—Jun. flor. (Warming).

2. *C. (Combretastrum) Jacquini* Griseb. Fl. Brit. West. Ind. 275. Eichl. l. c. 115 cum ampla synonymia. — *Combr. laxum* Jacq., nec Loeffl., nec Aubl.

var. *Brasiliensis* Eichl. l. c.

Lagoa Santa: in silvis haud rarum; frutex elongatus et ramosus scandens; floret m. Sept.—Oct.; flores flavescens v. albidus, odoratissimi, flores *Convallariae majalis* v. *Citri Aurantium* fere redolentes; m. Dec. fructus sordide purpurascens maturescunt (Warming).

### 32 Fam. *Oleaceae*.

Lindl. *Introduct.* II<sup>o</sup> edit. 307. DC. *Prodr.* VIII. 273.  
Eichl. in *Mart. Fl. Bras.* fasc. 45. — *Oleinae* Link. — *Fraxineae* Mart.

Trib. *Chionanthæ* DC. \*)

#### *Tessarandra* Miers.

Ill. of South-Am. Pl. II. 83. t. 62. Eichl. l. c. 305.

1. *T. Fluminensis* Miers l. c. Eichl. l. c.

Prope Rio de Janeiro, ubi pluries jam lecta est, nuperius etiam a cl. A. Glaziou observata et sub n. 3677 transmissa.

#### *Linociera* Swartz.

*Fl. Ind. occ.* I. 49. DC. *Prodr.* VIII. 296. Eichl. l. c. 306. — *Thouinia* Linn. f. — *Ceranthus* Schreb. — *Minutia* Fl. Flum.

1. *L. (Ceranthus) subsessilis* Eichl. n. sp.,

subglabra, foliis oblongo — lineari-lanceolatis acuminatis, basi attenuata imaque cordata subsessilibus; paniculis axillaribus brachiato-ramosis, ramulis ultimis plg. 3-floris; calycis lobis quam petala filiformia 5—6ies brevioribus; antheris ovatis obtusis.

Frutex v. arbuscula, cortice glabro. Ramuli nascentes ad inter-

\*) Semina in *Chionantho* albuminosa esse, monuit ill. A. Gray in *Sillim. Journal*, licet ceterum hæc tribus seminibus exalbuminosis denotetur.

nodia successiva directione contraria compressa, juventute minute puberula, mox glabra, tandem teretiuscula corticeque cinerascete lenticelloso. Folia (passim 4 congesta) 12—25 cm. lg., 3—8 lt., petiolo nullo v. 1—2 mm. longo crassiusculo, tenuiter coriacea, utrinque opaca, supra glaberrima, subtus juventute ad nervos puberula passimque in illorum axillis barbellata, mox glabrata, nervis subtus distincte prominentibus, lateralibus utrinque 12—20. Paniculae 8—12 cm. lg. et lt., rachi 4—6-ies ramulos rectangulariter patentes emittente (distantiis sursum decrescentibus), ramulis inferioribus iterum bis terve brachiato-ramosis, ultimis subcapitato-3- rarius 5-floris, omnibus tenuibus obsolete puberulis. Bractea subulatae cc. 2 mm. lg. Calyx 1½ mm. lg.; lobi alterni (nati majores) ovati, alterni lanceolati, omnes acuti carnosuli, extus versus apicem puberuli, intus glabri. Petala flava 6—8 mm. lg., carnosula, marginibus incurvis quasi canaliculata, apice saepius recurva. Antherae etc. ut in *L. micrantha* (cf. Mart. Fl. Bras.). Fructus juniores ovoideo-subglobosi, ramulis paniculae suffalcentibus valde incrassatis corticeque cinerascete indutis, plerisque vero delapsis; m. Sept. maturi „oblongi, 3 cm. longi, diam. c. 1½ cm. crassi, drupacei, carne tenuissima subnulla, putamine tenui longitudinaliter sulcato-striato; semen 1 exalbuminosum, cotyledonibus crassis carnosis, radícula brevi supera.“

Proxime affinis *L. micrantha* Mart., cui paniculis brachiato-ramosis floribusque parvis valde similis. Differt tamen tum ab hac, tum a reliquis *Linociera* speciebus omnibus, foliis basi cordata subsessilibus.

Lagoa Santa: hinc inde in silvis reperta; m. Julio—Sept. floret (Warming).

### 33 Fam. *Jasminæ*.

R. Br. Prodr. Fl. Nov. Holl. 520. DC. Prodr. VIII. 300. Eichl. in Mart. Fl. Bras. fasc. 45. — *Jasminæ* et *Bolivariacæ* Griseb. *Gentian.* 20.



**Jasminum** Linn.

Linn. Gen. n. 17. DC. Prodr. VIII. 301. Eichl. l. c. p. 313. — Mogorium Juss.

1. *J. Azoricum* Linn. Spec. 9. DC. l. c. 311. Eichl. l. c. tab. 84, fig. 1. *J. Fluminense* Vell. Fl. Flum. I. t. 23. *J. Bahiense* DC. l. c. Wawra, Maximil. Reise 101, t. 70.

Ad Rio de Janeiro (in collibus virgultosis ad Praia grande prope littus); corollæ albæ odoratissimæ; floret m. Maio—Junio (Wrmg.). Secundum cel. P. W. Lund in hortis circa Rio de Janeiro frequens, m. Jan. usque in Jul. florens.

**34 Fam. Sapoteæ.**

R. Br. Prodr. Fl. Nov. Holl. I. 528. A. DC. Prodr. VIII. 154. Miq. in Mart. Fl. Bras. fasc. 32.

**Mimusops** Linn.

Gen. n. 478. DC. Prodr. VIII. 201. Miq. l. c. 39.

1. *M. (Eumimusops) subsericea* Mart. Herb. Fl. Bras. n. 272. A. DC. Prodr. l. c. 206. Miq. l. c. 44, t. 16.

Frutex 3-pluripedalis. In silvis maritimis s. d. „Restingas“ prov. Rio de Janeiro frequens (Lund: Itaipú et Tijuca, Aug. fl., Warming: ad montem Dois Irmãos, ad Copacabana, Jun.—Jul. fl., Glaziou n. 45, 757, 1293, 1547, 3781). Specimina quoad folia valde varia, foliis nunc obverse lanceolatis acutis, nunc obovato-suborbicularibus, formisque intermediis.

**Bumelia** Swartz.

Prodr. Fl. Ind. occ. 49. DC. l. c. 189. Miq. l. c. 46.

1. *B. Sartorum* Mart. Hb. Fl. Bras. n. 233. DC. l. c. 192. Miq. l. c. tab. 19, fig. 1.

Prope Rio de Janeiro, ubi antea nondum observata erat (Glaziou n. 2901, Warming).

**Lucuma Molin.**

Hist. nat. Chil. 161. DC. Prodr. VIII. 165. Miq. l. c. 62.

‡ 1. *Antholucuma* DC.

1. *L. venosa* Mart. et Miq. Fl. Bras. l. c. 67, t. 27. — Sapota? *venosa* A. DC. — *Achras venosa* Mart. olim.

Serra da Piedade: in alpestribus saxosis jugi montis altitud. cc. 4000'. „Frutex 4—5-pedalis, Dec.—Jan. fl.; bacca subglobosa, apice obtuse-rostrata, glabra, lactescens, fere magnitudine baccæ *Lucumæ proceræ*, monosperma; semen subglobosum; testa castanea, glaberrima, lucida, ossea, tenuis; umbilicus magnus, irregulariter ovalis“ (Warming).

2. *L. Warmingii* Eichl. n. sp.,

ramulis petiolisque novellis pedicellis calycibusque appresse ferrugineo-tomentosis subsericantibus; foliis glabris tenuiter coriaceis obovato-ellipticis plq. apice rotundatis obtusisve, basi in petiolum subacute contractis; pedicellis 2—5-nis ad axillas fasciculatis petiolum subæquantibus; corolla ampliuscule urceolata calycem vix duplo excedente; antheris extrorsis ovatis obtusis; ovario 6-loculari.

Arbor gigantea lactescens, cortice nigrescente rugoso, ramis teretibus griseis rugosis. Folia 7—12 cm. lg., petiolo semitereti 1—2 cm. æquante, utrinque fere opaca, margine leviter recurva, nervis tenuibus utrinque prominulis, lateralibus 6—8. Ad basin fasciculi pedicellorum erecto-patentium bractæ squamiformes late ovatae, extus tomentosæ, 1—2 mm. lg., deciduæ. Flores 1 cm. lg. et lt.; calyx 6—7 mm. æquat, lobis externis 2 ovatis, internis 2 suborbiculatis margine lato glabro cinctis. Corolla staminaque glabra; illa ad medium 6-loba, lobis late ovatis rotundatis. Staminodia linearia acuta, lobis subduplo breviora. Stamina fauci inserta, item lobis corollinis duplo breviora, antheris filamentis subæquilongis. Ovarium ovoideo-globosum fulvo-hirtovillosum; stylus glaber, stigmate capitellato obsolete lobato. Fructus (in solo silvestri m. Dec. sub arbore collecti, nondum

maturi) „subglobosi, calyce persistente basi suffulti, tomento fulvescenti-fusco dense tecti, 2(—3)-spermi; diametro vix 2 cm., longitudine c. 1½ cm.“

A præcedente foliis latioribus longius petiolatis, pedicellis ad axillas numerosioribus et corolla ampliuscule urceolata (quæ in *L. venosa* potius tubulosa), toto denique flore fere dimidio minore distinguitur. Ab insequente foliorum forma, compage tenuiore, pedicellis longioribus et ovario 6-loculari (nec 8—10-locul.), a reliquis Brasiliæ *Antholucumis* aut sepalis pilosis aut antheris extrorsis differt.

In silva prope Lagoa Santa. Floret Aug.—Sept. (Warming).

3. *L. marginata* Mart. et Eichl. Fl. Bras. 67 c. ic.

In arenosis prope Taipú prov. Rio de Janeiro (Glaziou n. 1292). Junio flor. (species antea in illa provincia nondum observata).

§ 2. *Rivicoa* DC.

4. *L. catocladantha* Eichl. n. sp.,

ramulis pedicellis calycibusque appresso-ferrugineo-tomentosis subsericantibus; foliis papyraceis plq. elliptico-lanceolatis breviter acuminatis, basi subcontracto-attenuatis, nascentibus utrinque præsertim subtus flavido-pubentibus, adultis glabratis subtus glaucescentibus; floribus polygamo-dioicis, ad basin ramulorum hornotinorum ex axillis squamarum fugacium v. passim etiam foliorum imorum solitariis v. 2—3-fasciculatis, pedicellis petiolos superantibus; corolla ♀ subrotundato-campanulata profunde 5-loba glaberrima, staminibus lobos subæquantibus, staminodiis triangulari-lanceolatis plq. subduplo brevioribus.

Arbor et frutex lactescens, ramis teretibus griseo-rubentibus lenticellosis. Folia ultra annum haud perdurare videntur, in ramulis hornotinis tantum obvia, perfecte evoluta 14—17 centim. lg., 6—fere 8 lt., petiolo semitereti plq. 1 cm. æquante, acumine plq. obtusiusculo, margine vix recurva, pellucidula, reticulo vena-



rum pellucidiorē, nervis supra vix subtus distincte prominulis, lateralibus utrinque 8—10 tenuiter et anguste reticulatis; novella subtus passim rubella, tomento utramque paginam obducente sensim evanescente. Flores cum foliis novellis prorumpentes, ad basin ramulorum supra squamas fugaces gemmam tegentes lanceolatas ferrugineo-pilosas 2 mm. longas, hermaphroditi et feminei observati in diversis speciminibus. Flores ♂ pedicellis 6—8 mm. longis, ambitu subrotundi, 6—8 mm. diam.; calyx sepalis 5 ovatis subacutis 3—4 mm. longis, extus sericanti-pubescentibus, intus glabris; corolla „pallide viridis“, duplo longior, lobis late ovatis obtusis; stamina paullo infra faucem inserta, decurrentia, antheris ovato-cordatis extrorsis, filamento cylindrico-subulato æquilongis; staminodia carnosula acuta, staminibus subæquilonga v. breviora. Ovarium breviter conicum, disco obscure lobulato cinctum, flaventi-hirtellum, 2-loculare, stylo cylindrico, stigmate obtuso obscure lobulato. — Flores ♀ pedicellis 10—15 mm. longis tenuioribus gaudent, forma magis ovata, 4—5 mm. magnit.; sepala ut in ♂ nisi paullo angustiora; corolla angustior et brevior; stamina ad fila brevissima ananthera reducta; staminodia breviora plq. subovata; ovarium ut in ♂, stylo tamen magis conico et profundius sulcato. „Bacca oblonga-obovoidea, basi calyce persistente suffulta, pube adpressa fulvescenti-aurea facile deteresa tecta, diametro 3 cm., longit. vix 2 cm.; pericarpium tenue; semen unicum oblongum ovale, subcompressum, hilo oblongo; testa ossea fragilis; cotyledones virentes, lactescentes“.

Species affinis *Luc. Rivicæ* et *pedunculari*, ab utraque sicut a reliquis sectionis *Rivicæ* speciebus differt polygamia, adhuc in *Lucumæ* genere haud observata, florum ortu ad basin ramulorum e perularum axillis et præsentia harum squamarum, quæ in reliquis plerisque speciebus deficiunt. Propter florum positionem speciem *catocladantham* appellavimus, a *κατω* = infra, *κλαδος* = ramulus, et *άνθος* = flos, i. e. plantam ad ramulorum basin florentem.

In silvis ad Lagoa Santa (Warming et Lund). Sept.—  
Novbr. floret; m. Dec. fruct. maturescit.

5. *L. procera* Mart. Herb. Fl. Bras. n. 398. A DC. l. c.  
170. Miq. l. c. 72. t. 30, fig. 1.

var. *cuspidata* Miq. l. c. tab. 24, fig. 3.

Prope Rio de Janeiro (Glaziou); ad Canta-Gallo ejus-  
dem prov. (Peckolt).

Fructus hujus speciei, antea non cognitus, e specimenibus  
a cl. Th. Peckolt et Glaziou nuperiore tempore missis, in alco-  
hole præservatis, sic describitur: Bacca depresso-subglobosa,  
pedunculo cc. 1 cm. longo calyceque haud aucto appresso fulta,  
stylo persistenti 1 cm. lg. rostrata, glabrata, læviuscula, 30—35  
mm. diametro transversali, 1—3-sperma, loculis reliquis (ovarium  
5-loculare exstat) vacuis compressis striarum ad instar in stellæ  
formam combinatorum visibilibus. Cortex baccae tenuis; sarco-  
carpium carnosum, succo viscido flaventi („guttam percham“ con-  
tinente) turgens. Semina cc. 15 mm. lg., 8—9 lt., subdimidiato-  
obovata, lateraliter compressa, faciebus tamen convexis, dorso  
area albida opaca lineari  $\frac{2}{3}$  longitudinis occupante (quæ areâ  
semen placentæ adnatum est), extremitate supera hilum exhibente  
instructa, faciebus lævigatis nitidis fuscis, micropyle infera puncti-  
formi. Testa crustacea. Endopleura fasciculis fibrovascularibus  
ex hilo decurrentibus dendritico-ramosis percursa. Embryo (in  
*Lucumæ* genere exalbuminosus) cotyledonibus ellipticis plano-con-  
vexis, radícula perbrevis exserta.

§ 3. *Guapeba* DC.

6. *L. torta* A. DC. Prodr. VIII. 167. Miq. l. c. 74,  
tab. 31. — *Labatia torta* Mart.

Lagoa Santa: in campis fertilioribus haud frequens; arbor  
mediocris, cortice obscure cinereo, rugoso, in lamellas elongatas  
secedente; lactescens. Corolla viridis. Bacca obpyriformis, dense  
ferrugineo-villosa, monosperma, 6 cm. longa, 4 cm. lata; peri-

carpium crassum tenax vix edule, intus ad semen mucilaginosum. Semen ovale; testa ossea, castanea lineis irregularibus dilutionibus picta; umbilicus oblongus albidus. „Pecigo do campo“ vel „Sapuçá“ appellatur. Floret Aug.—Sept. — Inter Lagoa Santa et Contagem in variis locis (Warming). „In campis inter Catalão et Paracatú, m. Sept.; arbor 15—20-pedalis“ (Lund).

7. *L. ramiflora* A. D. C. l. c. Miq. l. c. tab. 32. — *Labatia ramiflora* Mart.

Lagoa Santa: Arbor campestris, frequens, ab incolis „João Creole“ v. „Figo do campo“ v. „Grão de gallo“ appellata. Ut fere omnes camporum arbores truncum habet tortuosum; cortex cinerascens v. fuscescens, in areolas quadrangulares non secedentes fissus, succo obscure purpurascente impletus. Floret ab Aprili usque in Octobrem; corolla viridis. Folia annua; novella m. Aug.—Oct. evoluta purpurascens. Baccæ m. Oct.—Dec. maturæ, pyriformes, magnitudine ovi Pombæ, longit. 4 cm., diam. 3½ cm., virides, glauco-pruinosa, intra pericarpium lineas 2 fere crassum pulpa gratissima impletæ, monospermæ; semen oblongum, hilo lineari. Item inter Lagoa Santa et Contagem (Warming). — In campis prope Catalão, Sept. fl.; arbor 12—16 pedalis (Lund).

8. *L. psammophila* A. D. C. l. c. Miq. l. c. 76. *Labatia psammophila* Mart. Hb. Fl. Bras. 173.

Rio de Janeiro (Glaziou n. 87).

„Pabebuçú“ Indianis Brasil., compositum ex „pabe-iba-açú“, i. e. „omnia folia magna“, ex Mart. Mss. in Herb.

9. *L. laurifolia* A. D. C. l. c. 166. Miq. l. c. 80 cum synonymis.

Ad Copacabana prov. Rio de Janeiro, ubi arbor frequens (Glaziou n. 77 et 758).



*Passaveria* Mart. et Eichl.

Fl. Bras. l. c. 85. — *Ecclinusa* Mart. olim ex parte.

1. *P. obovata* Mart. et Eichl. l. c. 87 cum ic.

„Guapéba“ Brasil., ut etiam *Lucuma laurifolia* audit.

Forma foliis solito minoribus et glabrioribus, sed florum defectu non satis certo determinata.

Circa Lagoa Santa (rariter) culta (Wrmg.).

*Chrysophyllum* Linn.

Gen. n. 263. A. DC. Prodr. VIII. 156. Miq. Fl. Bras.

l. c. 87. — *Caimito* Plum. — *Nycterisition* Ruiz.

§ 1. *Villocuspis* A. DC.

1. *C. inornatum* Mart. Herb. Fl. Bras. 176. DC. l. c.

Miq. l. c. — *Chrysophyll. lanceolatum* Casaretto.

In prov. S. Pauli (Lund).

2. *C. flexuosum* Mart. Hb. Fl. Bras. 98. A. DC. l. c.

Miq. l. c. 91, t. 39.

Rio de Janeiro, ubi frequens (Lund, Glaziou 793, 2566).

3. *C. Januariense* Eichl. n. sp.,

ramulis foliisque subtus praesertim ad nervos itemque pedicellis calycibusque rubro-ferrugineo-tomentosis haud splendentibus; foliis coriaceis oblongis ovatisque plq. acute acuminatis, basi rotundato-cordatis, breviter petiolatis, supra cito glaberrimis nitidis; fasciculis florum axillaribus 4—10-floris, pedicellis petiolos subaequantibus, corolla glaberrima.

Rami validi teretes grisei, novelli vix compressi, tomento e pilis s. d. malpighiaceis (ordinis totius more) valde imparicuspidatis contexto. Folia 7—13 centim. lg., 3½—6 lt., petiolo teretiusculo supra obsolete canaliculato 3—6 mm. æquante, juventute supra dense ferrugineo-pilosula, promte glabrata nitida, sicc. plq. olivaceo-viridia, subtus pallidiora et in tota pagina praecipue ad nervos persistenter rubro-ferrugineo-tomentosa,

marginē integerrimo anguste revoluta, nervis supra tenuissime insculptis, subtus distincte prominentibus, mediano crasso, lateralibus utrinque 8—12 sub angulo 70° a mediano abeuntibus tenuibus rectis, laxe et tenuiter reticulatis. Florum fasciculi basi bracteis (singulorum pedicellorum) triangulari-lanceolatis 2 mm. longis caducis; pedicelli 4—5 mm. lg.; flores subæquilongi, per omnes verticillos 5-meri. Sepala ovato-orbiculata, extus cum pedicellis tomentosa, intus glaberrima. Corolla urceolata, calycem duplo superans, ad medium usque lobata, lobis ovato-orbiculatis. Stamina breviter infra faucem inserta; antheræ magnæ cordatæ, lateribus villos albos flaccidos gerentes, filamentis filiformibus subduplo longiores. Ovarium depresso-subglobosum, hispidovillosum, 5-loculare; stylus æquilongus, oblongo-conicus, subsulcatus, glaberrimus, stigmate obtuso. Fructus haud suppetit.

Inter *Villocuspides* distinctum tomento patulo opaco, nec appresso, nec metallice splendente. Præterea foliorum forma et nervatura facile recognoscendum.

Rio de Janeiro (Glaziou n. 1055, 2598). Ab hac statione nomen specificum „*Januariense*“ derivatum.

‡ 2. *Modesta* Miq. l. c. 99.

4. *C. ebenaceum* Mart. Hb. Fl. Bras. 176. A. DC. l. c. 161. Miq. l. c. 99. t. 42 et 43, fig. 1—5. — Chrysoch. Martianum et Guilleminianum A. DC. l. c., varietates.

Lagoa Santa: arbuscula v. frutex, in silvis inprimis juxta margines, in virgultis sepibusque valde frequens; vix lactescens. Floret Jan.—Apr.: baccæ maturæ Aug.—Oct., nigrescentes. Habitat item ad Rio Paraopeba (prope Funil) et variis locis in silvis inter Bom Fim et Piedade dos Geraës (Warming).

5. *C. maytenoides* Mart. Hb. Fl. Bras. 177. A. DC. l. c. Miq. l. c. 101 c. ic. — Chr. myrtifolium Mart. et DC. l. c.

In prov. S. Paulo (Lund). In Brasilia australiori vulgatum.

6. *C. Persicastrum* Eichl. n. sp.,

partibus novellis calycibusque appresse griseo-pilosulis, ceterum glabrum; foliis obovato-oblongis v. obverse lanceolatis, ex apice lato plq. subacutis nunc rotundatis, basi cuneato-attenuatis, coriaceis, nervis utrinque distincte prominentibus, lateralibus 10—14 dense reticulatis; florum fasciculis axillaribus plq. 2—5-floris, pedicellis brevissimis, floribus polygamo-dioicis; corolla subovoideo-urceolata calycem paullo superante glaberrima.

Arbor magna, interdum frutex lactescens; rami teretes grisei passim lenticellosi. Folia 8—14 rarius fere 20 cm. lg.,  $3\frac{1}{2}$ —7 lt., petiolo teretiusculo supra canaliculato plq. 1 cm. longo; utrinque fere opaca concolora „dilute viridia“, margine passim crispula et subrecurva, nervo medio supra impresso, subtus fortiter protuberante, nervis reliquis utrinque æqualiter et argute prominentibus, lateralibus rectiusculis angulo  $65^\circ$  a mediano proficiscentibus parallelis, reticularibus tam transversis et validis, ut subinde lateralibus primariis subsimiles fiant. Flores  $\sigma$  et  $\text{f}$  in diversis speciminibus, probabiliter e diversis individuis decerpitis. Pedicelli utriusque 2—3 mm. lg., griseo-pilosuli. Flores  $\sigma$  subglobosi, diam.  $3\frac{1}{2}$ —4 mm.,  $\text{f}$  magis ovoidei, 3 mm. lg. Sepala utriusque ovata obtusa v. exteriora in  $\sigma$  suborbicularia, extus griseo-pilosiuscula, intus glaberrima. Corolla pallide viridis v. albida calycem paullo superans, ad medium 5-loba, lobis ovatis attenuato-obtusis,  $\text{f}$  paullo angustior. Stamina  $\sigma$  fundo tubi inserta, corolla subbreviora, filamentis cylindraccis, antheris lanceolato-cordatis acutis subæquilongis; in  $\text{f}$  stamina absque ullo rudimento deficient. Ovarium utriusque subovoideum hispido-villosum 5-loculare, in  $\text{f}$  in stylum conicum 5-sulcum stigmatibus sub 5-lobo terminatum abit; stylo in  $\sigma$  tenuiore haud sulcato, stigmatibus obtuso. „Bacca in pedicello c. 7 mm. longo basi calyce persistente suffulta, oblongato-ovoidea, apice (ex icone) subacuta, glabra, matura flava, sec. Lund edulis; longitud. 4 cm., diam.  $2\frac{1}{2}$  cm.; disperma; semen oblongum subcompressum apice la-



tius; c.  $2\frac{1}{2}$ —3 cm. longum, 1 cm. latum; testa obscure fusca, ossea; umbilicus linearis concaviusculus albus<sup>4</sup>.

Affine *Chrysophyllo viridi* Mart. et Eichl. et *Chr. Macoucou* Aubl.; a priore diversum foliis latoribus, nervis lateralibus duplo paucioribus, corolla calycem paulo tantum nec duplo superante, aliisque notis; a *Chr. Macoucou*, planta Guianensi, jam petiolorum longitudine et foliis haud acuminatis. *Chrysophyllum Brasiliense* A. DC. corollæ indole longius distat. — Flores polygamo-dioici, Sapotearum ordini in universum alieni, supra jam in *Lucuma cactocladantha* descripti, etiam in affini *Chrysophyllo viridi* et in *Pas-saveriæ* genere occurrunt.

„Pecigo do mato“ Brasiliensium, i. e. Persica silvestris, quomobrem speciei nomen „Persicastrum“ dedimus.

Ad Lagoa Santa in silvis (Warming et Lund). Oct.—Nov. et verosimiliter, quum bacca m. Sept. matura inventa sit, etiam in aliis anni mensibus floret.

### 35 Fam. *Loranthaceæ*.

(Supplementum; vide Eichler in Flor. Bras. fasc. 44.)

*Phoradendron Warmingii* Eichl. n. sp.,

ramulis teretibus, vaginis cataphyllaribus 2—3 nonnisi ad infimum ramulorum internodium obviis; foliis ovatis v. oblongis rotundatis, basi in petiolum brevem contracto-attenuatis, carnosocoriaceis opacis subpalmativeniis; spicis (unisexualibus dioicis?) ♀ plq. 5-articulatis, articulis mediis solemniter  $2 \times 10$ -floris, floribus  $2 \times 3$ -seriatis.

Totum, præcipue sicc., fusco-flavescens. Ramuli infra nodos vix compressi, læves, internodiis 4—3 cm. lg. Vaginæ cataphyllares superj. trientem inferiorem internodii infimii sparsæ, distantius sursum accrescentibus, subannuliformes, aperte bilobæ, dentibus rotundatis. Folia 4—6 centim. lg., 2—3 lt., petiolo 3—5 mm. æquante, erecto-patula, lævia, margine subcartilagineo cincta, nervis speciminum in alcohole conservatorum vix visibilibus,

in sicc. paullo distinctioribus, subquinatis cum tendentia in pinatum. Spicæ femineæ solummodo visæ, axillares, solitariae raro binæ, et terminales, bene evolutæ cc. 5 cm. lg., prophyllis 2 fere obsoletis vaginisque vacuis 2-3 fultæ; articuli subclavati, medii majores, basin et apicem versus paullo decrecentes; vaginæ bracteales appressæ obtuse bilobæ. Flores plq. 2 × 3-seriati, 4 in serie media, 3 in quavis laterali, sed passim, præcipue in articulis superioribus, etiam 2 × 2-seriati et pauciores in seriebus; ceterum ut in *Phorad. lanceolato-elliptico*. Fructus non visi.

A *Phorad. lanceolato-elliptico*, quocum multis notis convenit, differt foliis brevioribus, ramulis teretibus nec compressis, vaginis bractealibus appressis nec laxiuscule patulis, aliisque notis. Etiam *Phoradendro flaventi* haud absimile, facile jam vaginis cataphyllaribus ad infimum tantum ramulorum internodium nec ad omnia obviis dignoscitur.

Passim apud Lagoa Santa, sed solummodo super *Vochysiam ellipticam* observatum, mensibus temporis pluviosi florens (Warming).

### Explicatio tabulæ III.

- Fig. 1. *Cardamine Fluminensis* Eichl.; magn. nat.  
 — 2. Sepalum; Fig. 2 a, sepalum exterius apice concaviusculum, dorso pilo rigido munitum; b, sepalum interius.  
 — 3. Stamen.  
 — 4. Pistillum.  
 — 5. Pars inflorescentiæ fructiferæ, magn. nat.  
 — 6. Semen

(Analyses ab Eug. Warming delineatæ sunt.)



*Cardamine fluminensis* Eichler.

Th. Desimp. del. bot. lit.